Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens De Philosophia Volumen Secundum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-770553

Landesbibliothek Oldenburg

AD·ILL.MVM ET.EXC.MVM
D.
D. ANNAM
DVCEM·IOIOSAE
PAREM·FRANCIAE
EQVITEM.ORDINIS.REGII
CONSILIARIVM.A.SECRETIS
CHR.MI REGIS·FRANCORVM
ET.GVBERNATOREM
PROVINCIAE.NORMANDIAE

SI, laudari a laudato uiro, praeclarum eſſe, dixit Hector apud Naeuium, ueterem Poetam: maxime probari maxime probato Regi, maximae felicitatis loco duci debere, nemo eſt, qui dubitare poſſit, aut debeat, Anna, Dux Illuſtriſſime. Reges a Deo eſſe, eoſque, qui rerum potiuntur, Diuinae legis cuſtodes in Terris eſſe poſitos, fatentur omnes. Neque in dubium reuocari id poteſt, quod tot iam aetatum ſaeculis communi conſenſu ſancitum eſt. Ea primum opinio, hominibus inſita, ueritate nixa, radices altiores egit. Cum

Landesbibliothek Oldenburg